

*Venit in Capharnaum, ut impleretur  
quod dictum est per Isaiam.*

✠ Léctio sancti Evangélii secúndum Mattháeum 4, 12-17

<sup>12</sup> **C**um audísset Iesus quod Ioánnes tráditus esset,  
secéssit in Galiléam.

<sup>13</sup> Et relícta Názareth,  
venit et habitávit in Caphárnaum marítimam

<sup>14</sup> in fínibus Zábulon et Néphtali,  
ut implerétur,

quod dictum est per Isaíam prophétam dicéntem:

<sup>15</sup> «Terra Zábulon et terra Néphtali,  
ad viam maris, trans Iordánem,  
Galiléa géntium;

<sup>16</sup> póplus, qui sedébat in ténebris,  
lucem vidit magnam,  
et sedéntibus in régione et umbra mortis  
lux orta est eis».

<sup>17</sup> Exínde cœpit Iesus prædicáre et dicere:  
«Pæniténtiam ágite;  
appropinquávit enim regnum cælórum».

Verbum Dómini.